



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 205. Arragonensium Legatorum adventus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

§. CCIV.

Sæcul. XV.

A. C. 1416.

Hussitæ Bohemi ad Concilium vocati.

Celebratæ sunt aliæ Congregationes *Vander Hardt* to. 4.
 usque ad sequentem sessionem, in quibus de dissidiis Episcopi Tridentini p. 823.
 cum Friderico Austriæ Duce, necnon &
 de citatione Hussitarum in Bohemia age-
 batur. Hoc edicto fere quingenti Bo-
 hemi intra certum temporis spaciū
 Constantiæ comparere jubebantur. In-
 super Synodus, requirente Promotore,
 Patriarchæ Constantinopolitano præce-
 pit, audiret Bohemos, ac de causa
 summarie cognosceret usque ad senten-
 tiā definitivam exclusive.

§. CCV.

*Adventus Legatorum Arragonen-
 sium.*

Tandem quinto Septembbris die, Lega-
 ti Arragonum Regis advenerunt, *Schelßr. att.*
Conc. p. 251.
 multis honorum signis excepti. Horum
 erant quinque, sextum locum tenente
 Antonio Taxal, qui jam antea aliquo
 tempore Constantiæ versabatur. Deci-
 ma currentis Mensis die, in Generali
 Coetu ad alloquium admittebantur, ac
 inter eos *Speransdeus* de Cardonna,
 Doctor, nomine ceterorum verba fecit,
 exponens missos se Constantiam eo
Hist. Eccles. Tom. XXVI. Q con-

Sæcul. XV. consilio, ut unacum Conventu, (non
A.C. 1416. enim Concilium appellabant) extirpa-
tioni schismatis ac hæresum, unioni Ec-
clesiæ, ejusque emendationi in capite &
membris, necnon Electioni novi Ponti-
ficiis sedulam navarent operam. Nomi-
ne vero sui Regis ac suorum collegarum
paratum se exhibebat, ad exacte exe-
quendam Narbonnensem conventionem
prout ipsis in mandatis datum esset, quam
primum congregationi fuissent aggregati.
Gratiarum actionem hisce Legatis exsol-
vit Cardinalis Vivariensis quadam ora-
tione, in qua felicis recordationis Ferdi-
nandum Regem, ejusque successorem
multis laudibus extulit, & fuso sermone
Benedicti pertinaciam perstrinxit. Ea-
dem fere Cardinalis Florentinus perora-
vit, & multis benevolentiae ac mutuae
amicitiæ signis utrinque exhibitis, gene-
ralis hæc congregatio soluta est.

§. CCVI.

*Oratio Joannis Gersonii de B. Vir-
gine.*

Gerson. to.
3. p. 1436.

A liquot abhinc diebus, scilicet die octa-
va ejusdem Mensis Cardinalis Ca-
meracensis publice proposuit hanc quæ-
stionem: utrum plenitudo potestatis Ec-
clesiæ in solo Romano Pontifice resideat?
Eodem die Gersonius sermonem habuit